

8142

(statua mulieris)

| | | |
|--|--|------------------------------|
| d. | L. Pullidio Phoe biano | (statua viri) |
| Amanti ¹ men dax ² , | Seppia Iusti na con- iugi incompa ribili, | Amanti ¹ , χαῖρε! |
| vale! | cum quo vixit annis XLII, b. m. f, | |
| | | |

Pietra de' Fusi agri Beneventani (IX 2105 vidit Dressel). — 1) Signum Phae-biani. — 2) Decepit uxorem quod eam reliquit (talia saepius reperiuntur in titulis infantium).

8143

| | | |
|---------|---|---------|
| vale | Caesoniae Donatae, quae vixit annis XXXXVII | |
| Euse bi | m. . . d. XI horis IIII, Candidus Aug. n. verna | ave |
| (ascia) | ex test. coniugi bene merenti posuit. (ascia) | Euse bi |
| | Eusebi have et vale. Loc. lib. ¹ (ascia) | (ascia) |

St.-Ferjeux prope Vesantionem, sarcophagus rep. a. 1694, dudum periit (XIII 5386 accurate ut videtur descripta). — 1) Loco libero (Momms.), qui confert III 2119: introito libero.

8144 Dul. Mater¹. | Sallustius Honoratus Clau|diae Extrikatae matri karissimae. | Quod tu mihi vel² quos myseros ex|orbatos reliquisti debuisti face|re. Haec cum scriberem, lacrimis | atramentum temperavi. Dulcis|sima mater filiis salutem. Quid statis et recitatis titulum monu-menti | mei? XLV annis vobis vixi in | XLVI excidi, quando datum est.

Caesareae Mauretaniae (VIII 9513 p. 1984 Cognat vidit eclypum). — 1) Prima utriusque vocabuli littera maior videtur fuisse, ut significaretur D. M. — 2) Vi-detur intellegendum esse: feci ego quod tu mihi vel fratribus meis cet.

8145 d. m. | Fulvius Charisius in hypogeo [ollas?] | instruxit n. XIII sibi et suis lib[ertis]. | Charisi, habet! Et tu qui leges, be[ne valeas!] | Ego omnibus meis bene feci et qu[os contem]psi per errore, ignoscetis. De ceteris hoc |isciatis, amici: tres uxores h[abui: eas] | quidem dolui, set non sunt qualis quam] | modo quartaria sortem¹ ductam su[perstitem relinquo].

Ramae, deinde Florentiae (VI 18659 vidit Henzen). — 1) Scr. sorte.

8146 (sandali¹ figura) d. m. (sandali¹ figura) | Sandalius | dicit: am-bula, | sequaere me cum oeno|foru, cum calice et tapan|tione¹.

Rome (VI 23861 saepius descripta saec. XVI—XVII). — 1) Sic Fabrettius et Marinius (tapantiome Knibbius). Vocabulum derivatum putat Furlanettius a rū nāvta.

8147 Lagge fili, | bene quiescas, | mater tua rogat | te ut me¹ ad te | recipias². Vale. | P. q. XV.

Narbone (XII 4958 ter quatterve descripta saec. XVI—XVIII). — 1) Scr. se (sic in t. Narbonensi Octavii Silani nuper reperto Bull. Comité arch. 1901 p. CXXXII).